Robert Offley
1 F a

Figuræ 22

GRAMMATICÆ & RHETORICÆ

Latino Carmine donatæ,

Et Exemplis

Tam *Græcis* quam *Latinis*

Illustratæ;

Cum Indice Figurarum Etymologico.

In Usum Regiæ Scholæ
Dunelmensis.

LONDINI,
Impensis *T. Leigh* & *D. Midwinter* ad Insigne *Rosæ Coronatæ* in *Cæmeterio Paulino*, 1702.

10

MVSEVM
BRITAN
NICVM

Reverendis Doctissimisque Viris, Decano & Canonicis Ecclesiæ Dunelmensis.

VOBIS, viri plurimùm reverendi, debetur, quicquid studio & diligentiâ consequi possum; Quare non deliberandum erat quibus potissimum

ſimùm Patronis tenue hoc opuſculum dicarem. Quamvis enim ipſa res Patrocinium veſtrum orare me non juberet; Quo tamen alio in loco Mecænates digniores invenirem? Nobilitate & meritis æquè illuſtres eſtis: Munificentiâ & Liberalitate egregiè conſpicui: Mecænatis virtutes & felicitatatem ſimul exæquatis. Imò Vos longè beatum Cilnium ſuperatis. Ille molles Horatii ſui numeros, Poëticis lenociniis deditus, unicè dilexit: Vos verò Divinam loquendi vim, & Ciceronianis Roſtris dignam exhibetis.

hibetis. Quoties attonitis auribus eloquentiam veſtram hauſi! Quoties & jucunda vitæ & Idonea enarrantes vos audivi! Nemo non delectatus, nemo non perſuaſus ab Eccleſiâ, vobis perorantibus, reverti ſolet. Tullius equidem oſcitantis vulgi, quocunque voluit, nôrat animos flectere: Vos Doctiſſimorum hominum Conſcientiis ſtimulos ſubjicere pulchrè calletis: Nemo tam inveteratâ vitiorum conſuetudine irretitus tenetur, quin ardenti veſtrâ oratione, non commotus modò, verùm & commutatus evadat. Vos

denique, quod Poëtæ frustra jactârunt, ipso Cœlo revera homines beatis.

Vobis,

Viri plurimum venerandi,

Omni Studio & Officio

divinctissimus,

Nic. Burton.

Præ-

Præfatio.

LIcèt pueris ſcribam, quibus Præfatione non opus eſt; ne tamen hic Libellus in manus hominum nudus veniat; (cùm non violandus obtinuerit præfandi mos,) aliquam ſaltem opuſculi mei rationem reddam.

Primo igitur limine dicendum erit, quare opus toties, & conſtricto & ſoluto ſermone, ab aliis abſolutum aggredi velim. Si dicam me animo meo voluiſſe obſequi, communem certè cum pleriſque defenſionem habuero. Ne verò

nugari videar; ſic ſe res habet. Buſbeii *Metricæ Figuræ uni Scholæ peculiares ſunt.* Farnabius *impeditâ Methodo, & duriuſculis verſibus formas Schematum non omnes tradidit.* Mancinellus *exiguus eſt, & valdè imperfectus.* Deſpauterius *prolixus, & tamen obſcurus.* Alvarus *tantùm metricas aliaſque Grammaticæ Figuras carminibus ſuis ornavit. Plures hujus venæ non vidi.* Rhetoricarum *verò, quæ proſâ oratione conſcriptæ vulgò circumferuntur, aliæ pueros prolixitate laſſant, aliæ nimiâ brevitate cruciant: Hæ Academiam, illæ nihil niſi nugas ſapiunt; & formas loquendi maximè ſimplices duris & confragoſis terminis reguliſque involvunt.* Pone *autem nos Rhetoricam aliquam manuſcriptam habuiſſe brevem, & tamen perfectam; cùm illam neceſſe ſit ut priùs ſcribant, quam intelligant pueri; infiniti errores irreperent, & tandem,*

abſque

absque laborosissimâ Magistri correctione, Ars illa prorsus non intelligeretur. Si omnia hæc nihili putes, Lector, *hoc saltem animo tuo cogita; Primarium mihi Consilium fuisse specimen, si non solertiæ, at diligentiæ tamen, præbere iis, qui, quicquid valeo, suo jure sibi vindicare possunt.*

Proximè *narrandum restat, quid in hoc Libello potissimùm præstiterim; quod quidem breviter exponere festino.*

L*ævi & æquali carminum tenore Figuras expressi, quod non sine magno labore & tædio consecutus sum, tot insuetis & peregrinis impeditus Artis vocabulis; quò magis audacter, aliorum exemplo fretus, Figurarum nomina, nullo Quantitatis discrimine habito, usurpavi.*

Singulas

Singulas Figuras, paucissimis exceptis, singulis Versiculis conclusi; quod quidem insignitèr Memoriæ servire facilè concedetur.

Methodum simplicissimam observavi, ne minutis sectionibus puerorum animos distraherem.

Omnia omnium Figurarum nomina, Titulorum more, supra ipsa Carmina posui; eædem enim Figuræ sæpe variè nominantur: Aliquot adeò non sunt diversæ, ut ferè solo nomine differant, quare diversis Definitionibus non indiguerunt.

Omisi quæcunque ad Logicam pertinent, nec non eas omnes quæ tantummodò communes & simplices loquendi formulas complectuntur: & tamen plures congessi Figuras quàm alius quilibet, quantum scio, collegit.

Non

Non solùm magnam Latinorum
xemplorum varietatem, sed & Græ-
rum etiam: quod nemo priùs fecit,
egulis suis subjeci: Exempla qui-
em longè plurima è sacris Bibliis
ccerpsi; sed id laudi duco; cùm
iber illè tam accuratè loquendi,
iam sanctè agendi, norma esse possit.

Indicem Etymologicum, in quo No-
ina atque etiam Natura Figurarum
xplicantur, ad calcem Libri rejeci,
ui magnoperè & Puerorum & Præ-
eptorum laborem levare possit.

Omnia denique acerrimo Judicio
Clarissimi Doctissimique Viri Th.
Gale, D. D. Dec. Ebor. *limanda*
submisi: quæ igitur vitia insunt, mea
sunt, quæ verò virtutes & veneres
splendent, consummatissimo Viro ac-
ceptas refero, quem, incredibili rei li-
terariæ damno nuper mortuum, lugeo.

Habes,

Habes, Lector, *totam Instituti n stri mentem*, *&*, *si* Rhetorices *reg larum prorsus oblitus es*; *hic qual cunque Libellus tibi prodesse poteri sin aliter*, *ne pergas ultrà legend Præfationem enim solam*, *tuâ cau scripsi*; *nam quod ad illos attine qui* Rhetorices *elementa non omnin callent*,

> Discipulorum inter jubeo plorar
> cathedras.

FI-

FIGURÆ

Grammaticæ & Rhetoricæ Latino carmine donatæ, &c.

Figura est Duplex, Grammatica & Rhetorica.

Figuræ Grammaticæ.

Orthographiæ.

Prothesis.

Principio Prothesis superaddit, Aphæresis aufert.

Natus pro natus.
Tetuli pro tuli.
κρὸς pro μικρός.
λδομαι pro ἔλδομαι.
ρακα pro ὤρακα.

Aphæresis.

Temnere pro contemnere.
Citatorum pro concitatorum.
Ruit pro eruit.
Αἶα pro γαῖα.
Κεῖνος pro ἐκεῖνος.

Syncope.

Syncope. *Epenthesis.*

Syncope detrudit medio, sed Epenthesis indit.

Repôstum pro repositum.
Extinxti pro extinxisti.
Eqûum pro equorum.
Οἶμαι pro ὀΐομαι.
Ἐυρόμενος pro ἐυρησά-μενος.
Τίγρεος pro τίγρειδος.
Πατρὸς pro πατέρος.

Relligio pro religio.
Navita pro nauta.
Mavors pro Mars.
Πτόλις pro πόλις.
Ἔννεπε pro ἔνεπε.
Ξεῖνος pro ξένος.
Νοῦσος pro νόσος.

Apocope. *Paragoge.*

Apocope demit fini Paragoge quod addit.

Antonî pro Antonii.
Ingenî pro ingenii.
Currû pro currui. *Virg.*
Men' pro mene.
Ἔρι pro ἔριον.
Δῶ pro δῶμα.

Dicier pro dici.
Admittier pro admitti
Ἦσθα pro ἦς
Ὅππως pro ὅπως.
Λόγοισι pro λόγοις.
Βίηφι pro βίᾳ.

Antistoichon.

Antithesis.

Antistoichon & Antithesis elementa refingunt.

Olli pro illi.
Voltus pro vultus.
Vostrum servom pro vestrum servum.

Πόρσω

Πόρσω pro πόῤῥω.
Θάλαττα pro θάλασσα.

Metathesis.

Metathesis de sede movens elementa reponit.

Thymbre pro Thymber
Evandre pro *Evander*:
Γουνὸς pro γόνυος.
Κάρτος pro κράτος.
Ἔδρακον pro ἔδαρκον.

Metaplasmus.

Mutatur proprii Metaplasmo syllaba finis.

Agreste pro agresti.
Et cœco carpitur *igni* pro igne. *Virg.*
Ἀλκὶ pro ἀλκῇ.
Παρθένι pro παρθένῳ.
Σάββασι pro σαββάτοις.

Thlipsis. *Crasis.* *Synæresis.*

Vocales Thlipsis, Crasis, Synæresis unit,
Scindit Prima, Secunda immutat, Tertia jungit.

Thlipsis.	*Crasis.*	*Synæresis.*
Ἐφ' ἡμᾶς pro ἐπὶ Ἐπ' ἐμέ. Βύλομ' ἔγω. Τ' ἀργύρειον τ' αὐτί.	Ἐγῷμαι pro ἐγὼ οἶμαι. Κἀμοὶ pro ϗ ἐμοὶ. Κἀκεῖνος pro ϗ ἐκεῖνος.	Θοιμάτιον pro τὸ ἱμάτιον.

Etymo-

Etymologiæ.

Onomatopæia.

A sonitu voces Onomatopœia fingit.

Coaxo.
Bombilo.
Βρεκεκὲξ κοὰξ κοὰξ βρεκεκὲξ κοάξ.
Τιὸ τὸ ποτὸ τὸ γξ. ἆυ ἆυ.
ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ ὖ. Ariſtoph.

Syntaxeos.

Archaïſmus.

Helleniſmus.

Priſcè Archaïſmus loquitur, Græcè Helleniſmus.

Operam abutitur. *Teren.*
Rex *Albaï longaï.* Enn.
Pictaï veſtis. Virg.

Triſte lupus ſtabulis. Virg.
Quorum conſueviſti.
Deſine querelarum. *Hor.*
Regnavit populorum. *Hor.*

Hebraïſmus.

Hebræas Phraſes imitabitur Hebraiſmus.

Vina ſoporis erant. *Ovid.*
Ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. Joann. 17.
Filius perditionis, *i. e.* perditus.
Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. Pſalm 95.
Ut juravi in irâ meâ, *ſi* introïbunt in requiem meam.

Ἐυφραί-

'Ευφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ. Psal. 46.
Lætari faciunt *Civitatem Dei.*

Synthesis Σολοικοφανές.

Synthesis est structurâ incongrua, congrua sensu.

Absente nobis. *Ter.*
Aperite aliquis ostium. *Ter.*
Turba ruunt in me. *Ovid.*
Pars mersi tenuêre ratem. *Virg.*
'Ουκ ἀρέσκει κακὰ ἔργα. Hom. Od.
Successu malefacta carent.
'Εξ οὗ τὰ ἄλλα ἤρτηται.
A quo cætera pendent.

Evocatio.

Evocat ad primam se tertia, sive secundam.

Qui legis hæc.
Populus superamur ab uno.
Magna pars studiosorum amœnitates quærimus.

Appositio.

Parathesis.

Substantiva duo casu Ponuntur *eodem.*

Mons Taurus. Fons Aganippe.
Nireus Adolescens insigni formâ.
'Ιούδας οὐχ ὁ 'Ισκαριώτης. Joan. 14.
Judas non ille Iscariotes.

Hypallage.

Alternis casu submutat Hypallage casum.

Dare *classibus Austros.* Virg.
In nova fert animus *mutatas* dicere *formas*
Corpora: Ovid Met.
——————'Ουδέ σ' οἴω
'Ενθάδ' ἄτιμος ἐῶν ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύ-
ξειν. Hom.
——————Neque te puto
Hîc inhonoratus cum sis opes & divitias exhausturum.
'Ο ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Psalm 104.
Qui facit Angelos suos Spiritus, & Ministros suos ignem urentem.

Antiptosis.

Casum Antiptosis pro casu ponere gaudet.

Urbem quam Statuo vestra est: pro Urbs. *Virg.*
Populo ut placerent quas fecisset *fabulas.* pro fabulæ. *Ter.*
'Απὸ 'Ιησοῦ Χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, &c. Apoc: 1. 5.
A Jesu Christo, *qui est* fidus ille testis:

Anastrophe.

Anastrophe.

Parallage.

Transpositas à se disjungit Anastrophe voces.

Nam quis te juvenum confidentissime. *Virg.*
Transtra *per* & remos. *Virg.*
——Maria omnia *circum.* Virg.
——Βορέην ἔπι κόλπος ἀέξεται. Dionys.
Boream versùs sinus immensus.
Ὧ ἔπι πόλλ' ἐμόγησα.—— Hom. Il.
Pro quo multa sustinui.

Synchysis.

Hyperbaton.

Ἀνακόλουθον.

Synchysis invertit seriem Syntaxeos omnem.

Vina bonus quæ deinde cadis onerârat Acestes
Litore Trinacrio, dederatque abeuntibus Heros,
Dividit.—— *Virg.*
Καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι, Eph. 2.
Et vos cum essetis mortui delictis.
Αἶψα κε Κωλιάδος μεγάλην ἐπὶ νῆσον ἵκοιο. Dion.
Illico Coliadis magnam ad insulam pervenies.

Hysterologia.

Ὕστερον πρότερον.

Quæ res præcedunt post Hysterologia ponit.

Postquam altos *tetigit fluctus & ad æquora venit.* Virg.
Et *torrere* parant flammis & *frangere* saxo. *Virg.*
Ὠδίνησεν ἀδικίαν, συνέλαβε πόνον. Psal. 7.
Parturiit injustitiam, *concepit* malitiam.

Hendiadys.

Hendiadi verbis res dicitur unica binis.

Cum canerem *reges & prælia,* pro regum prælia. *Virg.*
Maculis insignis *&* *albo.*
Pateris libamus *&* *auro.* } Virg.
Τότε προσῆλθεν αὐτῷ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου μετὰ τῶν υἱῶν αὐτῆς.
Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis.

Ellipsis. Pleonasmus.

Deficit Ellipsis, verbis Pleonasmus abundat.

Ubi ad *Dianæ* veneris. *Ter.*
Egóne illam, quæ illum, quæ me, quæ non? *Ter.*
Ex pede Herculem.

Hisce oculis egomet vidi.
Ego *hominem* callidiorem vidi neminem. *Ter. Phor.*
Λαὸς μωρὸς καὶ οὐχὶ σοφός.

Ἐγέννησε

Ἐγέννησε τὸν Σολομῶντα ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου. Mat. 1.
Genuit Salomonem ex illâ quæ Uriæ fuerat.

Populus ſtultus, & haudquaquam ſapiens.
Καταβάντι αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ.
Secuti ſunt illum à monte deſcendentem.

Μίαν βουλεύσομεν, i. e. βουλήν.
In unum conſultabimus.

Dialyton. Aſyndeton.

Polyſyndeton.

Dialyton nexus aufert, Polyſyndeton infert.

Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, proſternerem. *Ter.*

Et ſomnus, & vinum, & epulæ, & ſcorta, & balneæ, corpora atque animos enervant. *Liv.*

Ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, χρηστεύεται, οὐ ζηλοῖ, οὐ περπερεύεται, οὐ φυσιοῦται.
Charitas patiens eſt, benigna eſt: Non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, *&c.* 1 Cor 13.

Ἡμέρας παρατηρεῖσθε, καὶ μῆνας, καὶ καιροὺς, καὶ ἐνιαυτούς. Gal. 4.
Dies obſervatis *&* menſes *&* tempora *&* annos.

Prolepſis.

Prolepſis vocem de partibus innuit unam.

Duæ Aquilæ volavêrunt, *hæc* ab oriente, *illa* ab occidente.

Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἐφ᾽ ἡμῖν, τὰ δ᾽ ὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν. Epict. c. 1.

Eorum quæ sunt, hæc quidem penes nos sunt, illa verò non.

Χαίρε Νεοκλείδα δίδυμον γένος· ὧν ὁ μὲν ὑμῶν Πατρίδα δουλοσύνας ῥύσαθ᾽· ὁ δ᾽ ἀφροσύνας.

Salvete Neoclidæ gemini, alter quidem vestrûm Patriam servitute libravit, alter verò Dementiâ.

Zeugma { *Protozeugma.* / *Mesozeugma.* / *Hypozeugma.* }

Plura uni Adjecto aut Verbo dat Nomina Zeugma.

Ego & tu studes.
Maritus & uxor est irata.
——Hic illius Arma, Hic currus fuit.—— *Virg.*
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes: *Hor.*

Syllepsis.

Syllepsis Personam adhibet, Numerumque Genusque,
Sed primas illis quæ sunt dignissima defert.

Rex & Regina *beati.*
Tu quid ego & populus mecum *desiderat* audi. *Virg.*
Egregiam verò laudem & spolia ampla *refertis*
Tuque Puerque tuus.—— *Virg.*

Parelcon.

Parelcon.

Complet Particulis voces in fine Parelcon.

Quipote. Num*nam*. Etiam*num*.
Tu Sosia *adesdum*. Ter.

Enallage.

Ordine transverso commutat Enallage crebra
Personam, genus, & tempus, numerumque modumque.

Et flesti & nostros vidisti *flentis* ocellos. *Ov.*
Ego quoque unà pereo, quod mî est carius. *Ter.*
——Omnis humo *fumat* Neptunia Troja. *Virg.*
Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἔστι Θεός. Δι-
εφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασιν.
Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. *Psalm* 4.

Synecdoche.

Attribuit quartum sextumve Synecdoche casum,
Passivis, Neutris, Adjectis, Participiisque.

Truncatus membra bipenni.
Excepto quod non simul esses, cætera lætus. *Hor.*
Caput doleo. Rubet capillos.
Βοὴν ἀγαθὸς bello strenuus. Γηθόσυνος κῆρ animo lætatus. *Hom.*

PROSODIÆ.

Synalœpha.

Ante H *vocales, vel se Synalœpha revellit.*

Conticuêre omnes intentique ora tenebant. *Virg.*
————Ignari hominumque locorumque
Erramus.—— *Virg.*
Et spumas miscent argenti vivaque sulphura
Idæasque pices. *Virg.*

Ecthlipsis.

M *capit & socium Ecthlipsis.* S *sustulit olim.*

Italiam Italiam primus conclamat Achates.

O curas hominum, O quantum est in rebus inane!

Jamque iter emensi, turres & tecta Latinorum
Ardua cernebant juvenes. *Virg.*

Vicimus O socii & magnam pugnavimu' pugnam. *Enn.*

Janu' Pater. *Enn.*

Ecthlipsis. Synalœpha.

Obtinet Ecthlipsis non semper, nec Synalœpha.

Insignita ferè tum millia militum octo. *Enn.*

O pater, O hominum—
Heu ubi siderei vultus.

Systole,

Systole. Diastole.

Ectasis.

Systole corripit, extenditque Diastole Tempus.

Obstupui steteruntque comæ.	Atque hic Priamiden. *Virg.*
Tela manu rejicitque canes.	Reliquias Danaûm. *Virg.*
Ἀλλὰ βέλεσθε.	Μέλος ἀείδω.
Ὤκυμον ἡδύοσμον—	—Ἴδον αἰόλον ὄφιν. Hom.

Synæresis.
Synecphonesis.
Symphonesis.
Synizesis.

Conficit ex binis contracta Synæresis unam.

Uno *eodemque* tulit partu.
Seu lento fuerint *Alvearia* vimine texta.
Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. Hom.
——Ὀλέσῃς δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν. Hom.

Diæresis.
Dialysis.
Diacope.
Diachorismus.

Dividit in binas resoluta Diæresis unam.

Nunc mare, nunc *Syluæ*. Hor.
Debuerant fusos *evoluisse* suos.
Ἔχθων δ' Πηλήϊαδεω παῖς—— Hom.

Tmesis.

Tmesis compositam solet in duo scindere vocem.

Hac-Arethusa-*tenus*. Ov.
Septem-Subjecta-*Trioni*. Virg.
Κατα-γαῖα-κάλυψε. Hom.

Cæsura.

Finalem Cæsura brevem producere gaudet.

Pectorib*us* inhians spirantia consulit exta.
Emicat Eurial*us* & munere victor amici.
Unâ eâdemque viâ sangu*is* animusq; feruntur.
Graius homo infectos linquens profug*us* Hymenæos. *Virg.*

Hypodiastole.

Hypodiastole.

Commate distinguit mediam Hypodiastole vocem.

Sic ὅ,τι quicquid, distinguitur ab ὅτι quòd, quoniam.

Hyphen.

Lineolâ voces diversas copulat Hyphen.

Heri *semper-lenitas*. Ter.
—Neque enim ignari sumus *ante-malorum* Virg.

Antipodia.

Antipodia pedum mensuras innovat æquas.

Fluviorum Rex Eridanus.—— *Virg.*
Proximus huic longo sed proximus *intervallo.* Virg.
Βορέης καὶ Ζέφυρος———— Hom.
Ὅς ᾔδη τά τ' ἐόντα. Hom.
Τρίτος δ' Ἀΐδης ἐνέροισιν—— Hesiod. Theog.

Acatalexis.

Brachycatalexis.

Syllaba sive etiam pes deficit Acatalexi.

Ἐν ἀμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον. Pind. Ζεῦ πατὶ γὰρ ὥραι. Id. Hyper-

Hypercatalexis.

Hypermetron.

Vel pede vel membris Hypercatalexis abundat.

Ἄνθεσι πορφυρέοισι λύκοισιν ἀναγκαίοιο χαλινῦ. Tryph.

Dialysis.

Dialysis mediam transfert in proxima vocem.

——— Mirabor, si sciet inter-
——— Noscere mendacem verumque beatus amicum. *Hor.*
——— Jove non probante U-
xorius amnis. *Hor.*
Πυκνὰ δινεῦντες ἀπ' ὠράνω αἰθέρος διὰ μέσσω. Sappho.

Figura

Figura Rhetorica est duplex.

Tropus & Schema.

Tropi Quatuor.

Metaphora.

Dat propriâ similem pro voce Metaphora vocem.

—MAgnoque irarum *fluctuat æstu.* Virg.
——Duo *fulmina* belli
Scipiadas.—— id.

Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ. Hom.
Nam etsi iram eo ipso die *concoxerit.*

Εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ. i. e. τῷ Ἡρώδῃ.
Dicite isti *vulpeculæ.*

Metonymia.

Cognato mutat Metonymia nomine nomen.

Efficiens.	Effecti.

Effecti Efficiens vice fungitur, hujus & illud.

Ille *Deo* plenus. *Lucan.* *Pallida* mors. *Hor.*

Post

Post septem *luces*. Ov.

Τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου φάγεσαι. Ps. 128.
Labores manuum tuarum manducabis.

Victoria naturâ insolens & superba est. *Cic.*

Ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου. Gen.
In *sudore* faciei tuæ.

Inventor notat inventum, notat *Autor* opusque.

Vulcanus pro igne.
Musa pro poësi.
Κύπρις pro amore.

Virgilius pro Æneïde.
Livius ingens. *Mart.*
Ὅμηρος pro Iliade.
Ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς Προφήτας. Luc.
Mosen habent & Prophetas.

Materies rem signat, & *Instrumenta* laborem.

Pinus pro navi.
Æs pro nummo.
Σίδηρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Psa.
Ferrum pertransiit animam ejus.

Gladius pro cæde.
Arma pro bello.
Τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται δαμάσαι. Jac. 3. 8.
Linguam autem nemo potest domare.

Finis pro Medio, *Medium* pro fine locatur.

Aris imponit *honorem*. Virg.

Quo *sidere* terram vertere. *Virg.* Pro tempore, quod siderum ortu mediante præscribitur.

Ἐγώ εἰμι ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή. Joan. 11.
Ego sum *resurrectio* & *vita*, i. e. per quem omnes resurgent.

Ἡ θήρα αὐτοῦ βρῶσις αὐτῷ. Gen. 25.
Venatio erat grata in ore ejus, *i. e.* caro venando comparata.

Adjuncti. Subjecti.

Ponitur Adjunctum pro Subjecto, & vice versa.

Huic consilio *palmam* do. *Ter.*
Toga pro pace.

Αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι.
Dies nostri mali sunt.

Patera pro vino in iis contento.
Animosum pectus. Virg. pro corde.

Λαβὼν τὸ ποτήριον.
Accipiens poculum.

Sunt signatorum vice *Signa Locata* locorum.

Fasces pro magistratu.

Ἀλλ' ὀλίγα ἔχεις ὀνόματα. Apoc.
Sed pauca habes nomina.

Te quaesivimus omnibus *libellis*. Mart.

Et Locus *Indigenas, & quae sunt gesta notabit.*

Germania pro Germanis.
Carcer pro vinctis.
Ἱερουσαλὴμ ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς Προφήτας.
Hierosolyma quae trucidas Prophetas.

Academia } pro doctrinâ.
Schola }
Ἀπὸ τοῦ ναοῦ σου. Psal. propter Templum tuum: *i. e.* propter preces & sacrificia ibidem tibi oblata.

Synecdoche.

Confundit Totum Partemque Synecdoche duplex.

Totius.	Partis.
Elephantus pro Ebore.	*Tectum* pro domo.
Dum comuntur *Annus* est. *Ter.*	*Annibal* pro exercitu.
Δι' ὧν ὁ τότε κόσμος ἀπώλετο.	Παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν.
Quamobrem is qui tum erat mundus — periit.	Ut sistatis corpora vestra hostiam vivam.

Generis.	Speciei.
Pro specie Genus est,	*Generis vice fungitur illa.*
Orator pro Demosthene.	*Aristides* pro justo.
Virtus pro fortitudine.	*Cæsar* pro rege.
Κατέφθειρε πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτῆ. Gen. 6.	Ου γὰρ ἐπὶ τῷ τόξῳ μου ἐλπιῶ, καὶ ἡ ῥομφαία μου ἐ σώσει με. Ps. 44.
Omnis *caro*, i. e. omnis homo, corruperat viam suam.	Non enim in *arcu* meo sperabo; & *gladius* meus non salvabit me.

Ironia.

Ironia.

Ironia jocis contraria signat acutis.

O *salve bone* vir, curâsti *probé.* Ter.
Egregiam verò *laudem* & *spolia ampla* refertis. *Virg.*
Εἶτα ὑμεῖς ἐστε ἄνθρωποι, ἢ μεθ' ὑμῶν τελευτήσει ἡ σοφία. Job 12.
Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia.

Troporum Affectiones.

Catachresis.

Vocibus impropriis gaudet Catachresis abuti.

Vir gregis ipse caper. *Vir.*
——Tacitarum *vellus* aquarum. *Mart.*
Αἷμα σταφυλῆς ἔπιεν οἶνον. Deut. 32.
Sanguinem uvæ bibebat meracissimum.
Καὶ ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνὴν, ἥτις ἐλάλει μετ' ἐμοῦ. Joan. Apoc. 1. 12.
Et conversus sum ut viderem vocem quæ loquebatur mecum.

Metalepsis.

Dat plures in voce Tropos Metalepsis eâdem.

Hinc movet *Euphrates* bellum. *Virg.*
Dum tua multorum vincat *avena tubas.* Mart.

Ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις. Mat. 21.
Commota est tota *urbs*.

Hyperbole.

Augens vel *Minuens* transcendit Hyperbole verum.

Emicat & ventis & fulminis ocyor alis.
Ruta facit *nemus Dianæ*. Mart.
Πόλεις μεγάλας καὶ τειχήρεις ἕως τοῦ οὐρανοῦ. Deut. 9.
Civitates ingentes & ad cœlum usque muratas.

Allegoria.

Continuare Tropos solet Allegoria plures.

O navis referunt in *mare* te novi
Fluctus! O quid agis fortiter *occupa*
Portum, *&c. Horat. ad Rempub.*
☞ Hujus Generis est totum Canticum Salomonis, ubi Amor Christi erga Ecclesiam suam, perpetuâ verborum, vulgares amores redolentium, serie, exprimitur.

Ænigma.

Problema.

Ænigma obscuris involvit sensa loquelis.

Filiolas Cadmi profert Nilotis arundo,
Quas serit è Cnidio distillans sepia nodo. *P.* 21.
Ἅσσ' ἕλομεν, λιπόμεσθα· ἃ δ' οὐχ ἕλομεν, φερόμεσθα. Hom.

Quæ-

Quæcunque cepimus, reliquimus; quæ verò nòn cepimus, attulimus.

Τί βρωτὸν ἐξῆλθεν ἐκ βιβρώσκοντος, καὶ ἀπὸ ἰσχυροῦ γλυκύ. Jud.

De comedente exivit cibus, & de forti egressa est dulcedo.

Schemata ſunt duplicia,

Dictionis & Sententiæ.

Schemata Dictionis.

Antonomaſia.

Perſonis aliud facit Antonomaſia nomen.

Pœnus pro Annibale.
Cato pro ſapiente.
Πενίην ὁ Ἶρος. *Ep. Græc.* Irus quoad paupertatem:
Καὶ τράγος εὐπώγων εὔστολός ἐστι Πλάτων. *Ep. Gr.*
Et bene barbatus Hircus, eſt bene ſtolatus Plato.

Epizeuxis:

Confirmat vocem repetens Epizeuxis eandem.

Vidi, vidi penituſque perſpexi.
Deus, Deus ille, Menalca. *Virg.*
Ἐξεγείρου, ἐξεγείρου Ἱερουσαλήμ. Iſai.
Conſurge, conſurge Hieroſolyma.

Polyptoton.

Metagoge.

Nomen idem variis Polyptoton casibus effert.

Arma armis, pede pes, densusque *viro vir.* Virg.
Sed *pleni* omnes libri, *plena* sapientium voces, *plena* exemplorum vetustas.
Σὺ βασιλεῦ, βασιλεὺς βασιλέων. Isai.
Tu, O Rex, Rex es regum.

Anadiplosis.

Epanadiplosis,

Sensum Anadiplosis gaudet finire priorem
Illâ quâ certum est ordiri voce sequentem.

Pierides vos hæc facietis maxima *Gallo,*
Gallo cujus Amor—— *Virg.*
Ἐν ταῖς αὐλαῖς σου Ἱερουσαλήμ·
Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομουμένη ὡς πόλις.— Psal.
In atriis tuis *Hierosolyma*;
Hierosolyma extructa est ut urbs.——

Climax.

Verba Climax repetit gradibus quoque pergit eundo.

Si illis & quod libet *licet*, & quod *licet possunt*, & quod *possunt audent*, & quod *audent faciunt*, & quod *faciunt* vobis molestum non est.

Mars *videt* hanc, *viſamque cupit*, potiturque *cupitâ:* Ovid.

Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με·

Qui accipit vos, me accipit; qui me accipit, illum etiam accipit qui me miſit.

Anaphora.

Epanaphora.

Unam diverſis frontem dat Anaphora membris.

Te dulcis Conjux, *te* ſolo in litore ſecum,
Te veniente die, *te* decedente canebat. *Virg.*

Φωνὴ Κυρίου ἐν ἰσχύϊ, φωνὴ Κυρίου ἐν μεγαλοπρεπείᾳ, φωνὴ Κυρίου συντρίβοντος κέδρους. Pſalm.

Vox Domini in virtute, *Vox* Domini in magnificentiâ, *Vox* Domini confringentis cedros.

Epiſtrophe.

Epiphora.

Unum diverſis finem dat Epiſtrophe membris.

——Solet eſſe gravis cantantibus *umbra*,
Juniperi gravis *umbra*; nocent & frugibus *umbræ*. Vir.

Ἑβραῖοί εἰσι; κἀγώ· Ἰσραηλῖταί εἰσι; κἀγώ· Σπέρμα Ἀβραάμ εἰσι; κἀγώ.

Hebræi ſunt? & ego. Iſraelitæ ſunt? & ego. Semen Abrahami ſunt? & ego.

Symploce.

Symploce.

Incipit & finit pariter duo Symploce membra.

Quis legem tulit? *Rullus.*
Quis majorem populi partem privavit suffragiis? *Rullus.*
Quis comitiis præfuit? *Rullus.* *Cicero.*
Ψάλλετε, τῷ θεῷ ὑμῶν *ψάλλετε.*
Ψάλλετε, τῷ βασιλεῖ ὑμῶν *ψάλλετε.*
Cantate, Deo vestro *cantate.*
Cantate, regi vestro *cantate:*

Epanalepsis.

Hic dat principium, finem Epanalepsis & illic.

Multa super Priamo rogitans; super Hectore *multa.* Vir.
Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare;
Hoc tantum possum dicere, *non amo te.* Mart.
Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε,
Καὶ πάλιν ἐρῶ χαίρετε. Philip.
Exultate in Domino semper,
Et rursus dico exultate.

Epanodos.

Inverso repetens dat Epanados ordine voces.

Crudelis mater magis, an *puer improbus ille?*
Improbus ille puer, *crudelis* tu quoque *mater.* Virg.

Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν. Isai.

Væ illis qui *malum bonum* & *bonum malum* vocant.

Meſophonia.

Meſodiploſis.

Infert verba eadem mediis Meſophonia membris.

Quem *dies vidit* veniens ſuperbum,
Hunc *dies vidit* fugiens jacentem.
Ὁ τύμβος οὗτος ἔνδον οὐκ ἔχει νεκρόν,
Ὁ νεκρὸς οὗτος ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον. Ep. Gr.
Tumulus hic intùs *non habet* cadaver;
Cadaver hoc extrà *non habet* tumulum.

Meſarchia.

Membrorum primum mediumque Meſarchia ſupplet.

Utere lactucis, & mollibus *utere* malvis. *Hor.*
Ῥήτωρ ἦν εἰκών· ὁ δὲ ῥήτωρ εἰκόνος εἰκών. Ep. Gr.
Imago erat Rhetor; Rhetor autem *imago* imaginis.

Meſoteleuton.

Meſoteleuton ineſt medio finique duorum.

Virgini *placeat* pudor, Paterque *placeat*.
Ῥήτωρ ἦν εἰκών· ὁ δὲ ῥήτωρ εἰκόνος εἰκών.
Imago erat Rhetor, Rhetor autem imago imaginis.

Tautotes.

Tautotes.

Tautotes incertis vocem integrat intervallis.

Qui *cavet* ne decipiatur, vix *cavet*, cùm etiam *cavet*; etiam cùm *caviſſe* ratus eſt, ſæpe is *cautor* captus eſt.

Ἔι με φιλεῖς μισεῖς με· καὶ εἰ μισεῖς σύ φιλεῖς με.
Ἐι δ' με μὴ μισεῖς, φίλτατε, μή με φιλεῖ. Ep.Gr.
Si me oſculeris odiſti me; & ſi odiſti me amas me:
Si verò me non odiſti, chariſſime, ne me oſculeris.

Epimone.

Tota intervallis dat Epimone carmina certis.

Incipe Mœnalios mecum, mea tibia, verſus. *Virg.*
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς. Theocr.
Incipite bucolicum, O dulces muſæ, incipite carmen.

Antiſtaſis.

Antanaclaſis.

Diverſo ſenſu ſonus eſt Antiſtaſis idem.

Veniam ad vos, ſi ſenatus det *veniam*.
Ἄφες τὺς νεκρὺς θάψαι τὺς ἑαυτῶν νεκρύς. Mat. 8.
Sepeliant *mortui* ſuos *mortuos*.

Ploce.

Ploce.

Verba Ploce repetit paulùm mutantia ſenſum.

Memmius erit *Memmius*.
Hic *Conſul* eſt verè *Conſul*.
Ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκ ἔτι γίνεται χάρις. Rom. 11.
Tum *gratia* non amplius eſt *gratia*.

Synonymia.

Iiſdem plura facit Synonymia nomina rebus.

Abiit, exceſſit, evaſit, erupit. *Cic.*
Μὴ ἐπέλθῃς ἐκεῖ, ἔκκλινον ἀπ' αὐτῶν, καὶ παράλλαξον. Prov. 4. 15.
Ne tranſeas per eam, declina, & deſere illam.

Exergaſia.

Epexergaſia.

Commata plura uno dabit Exergaſia ſenſu.

Quem ſi fata virum ſervant, ſi veſcitur aurâ
Æthereâ, nec adhuc crudelibus occubat umbris. *Virg.*
Εἰσάκουσον Κύριε τῆς δικαιοσύνης μου, πρόσχες τῇ δεήσει μου· ἐνώτισαι τὴν προσευχήν μου. Pſal. 16.
Exaudi Domine juſtitiam meam; intende deprecationem meam; auribus percipe orationem meam.

Isocolon.

Compar.

Æquat Syllabicis Isocolon commata membris.

Qui plura bella gessit quam cæteri legêrunt,
Plures Provincias confecit quam alii concupivêrunt.
Ἄκουε υἱὲ παιδείαν πατρός σου,
Καὶ μὴ ἀπώσῃ θεσμοὺς μητρός σου. Prov. 1.
Audi fili mi disciplinam patris tui,
Et ne dimittas legem matris tuæ.

Parechesis.

Paromœon.

Paronomasia.

Alludit Parechesis sonitumque imitatur.

Inceptio est *amentium* haud *amantium*. Ter.
Palla pallorem incutit. *Plaut.*
O fortu*natam*, *natam* me Consule Romam. *Juv:*
Ἐν ᾧ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις.
Rom. 2.
In quo alium *damnas* teipsum *condemnas*.

Paregmenon.

Naturæ ejusdem sibi verba Paregmenon addit.

Sed ut tum ad *senem senex* de *senectute*, sic in hoc libro ad *amicum amicissimus* de *amicitiâ* scripsi. *Cic.*

Διδοὺς

Διδοὺς σοφίαν τοῖς σοφοῖς. Dan. 2.
Dat ſapientiam ſapientibus.

Hypozeuxis.

Singula diſtinctis Hypozeuxis vocibus ornat.

Animum *vincere*, iracundiam *cohibere*, victoriam *temperare*, &c. *Cic.*

Ἐποίησε κράτος— διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους— καθεῖλε δυνάστας— ὕψωσε ταπεινοὺς— πεινῶντας ἐνέπλησεν— πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενοὺς— ἀντελάβετο Ἰσραήλ. Magnificat.

Homoioteleuton.

Conjungit pariles fines Homoioteleuton.

Exempla infra ſunt in Homoioptoto.

Homoioptoton.

Homoioptoton caſus conjungit eoſdem.

Quantâ innocentiâ debent eſſe Imperatores! quantâ deinde omnibus in rebus temperantiâ! quantâ fid*e!* quantâ felicitat*e!* quant*o* ingeni*o!* quantâ humanitat*e*.

Fratr*em* quæſit*um* gemin*um* germa*num* me*um*.

Ζεὺς κύκνος ταῦρος, σάτυρος χρυσός· δι' ἔρωτα Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης. Ep. Gr.

Jupiter (factus eſt) Cycnus, Taurus, Satyrus, Aurum; propter Amorem Ledæ, Europæ, Antiopes, Danaës.

Schemata

Schemata Sententiæ.

Ad Probationem.

Prolepsis } *Hypophora.*
Procatalepsis } *Anthypophora.* *Prosapo-*
Hypobole. [*dosis.*

Prolepsis nondum quæ sunt objecta refutat.

Hypoph. VErùm anceps fuerat pugnæ Fortuna?
Anthyp. *Fuisset, quem metui moritura.* Virg.
Hypoph. Ἐρεῖς οὖν μοι, τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε;
Anthyp. Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ. Rom. 9.
Hypoph. Dicis itaque mihi, quid adhuc quæritur? voluntati enim ejus quis restitit?
Anthyp. O Homo tu quis es qui respondeas Deo?

Appellandi tempus non erat? at tecum plus anno erat. In Galliâ agi non poterat? at & in Provinciâ jus dicebatur, & Romæ Judicia fiebant. Restat ut aut summa negligentia tibi obstiterit, aut unica liberaliras. Si negligentiam dices mirabimur; si bonitatem, videbimus: neque quid præterea possis dicere, invenio. *Cic.*

Ἀλλ'

Ἀλλ' ἐρεῖ τις, πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται; ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις, οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ. 1 Cor. 15.

At dicet aliquis: Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore prodeunt? Stulte, tu quod seminas, non vivificit, nisi mortuum fuerit.

Synchoresis.

Agnoscit Synchoresis quæ crimina non sunt.

——Quid tum si *fuscus* Amyntas?
Et *nigræ violæ* sunt, & *vaccinia nigra.* Virg.

Sit sacrilegus, sit fur, *&c.* at est bonus Imperator.

Σὺ πιστεύεις ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστι; καλῶς ποιεῖς· καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίσσουσι.

Tu credis quod Deus sit unus: bene facis: Dæmones etiam credunt, & tremunt.

Paromologia.

Quæ lædunt Hostem quoque Paromologia ponit.

Habes igitur Tubero (quod est accusatori maximè optandum) confitentem reum; sed tamen ita confitentem, se in eâ parte quâ te Tubero, quâ virum omni laude dignum patrem tuum. *Cic.*

Ἐρεῖς οὖν ἐξεκλάσθησαν οἱ κλάδοι, ἵνα ἐγὼ ἐγκεντρισθῶ· καλῶς, τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας· μὴ ὑψηλοφρόνει, &c. Rom. 11.

Dices

Dices ergo, defracti sunt rami, ut ego insererer, bene dicis: Per infidelitatem defracti sunt, tu autem fide stetisti.

Symbouleusis:

Anacœnosis.

Quid Symbouleusis, faciendum est, consulit hostem.

Tu denique, Labiene, quid faceres in tali re ac tempore cùm ignaviæ ratio te in fugam & latebras impelleret? Improbitas & furor L. Saturnini in Capitolium arcesseret? Consules ad Patriæ salutem ac libertatem vocarent? Quam tandem autoritatem? quam vocem? cujus sectam sequi? Cujus imperio parere potissimum velles? *Cic.*

Εἰ πατήρ εἰμι ἐγώ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ Κύριός εἰμι ἐγώ, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος μου.

Si pater sum, ubi est gloria mea? & si Dominus, ubi timor?

Epitrope.

Epichoresis.

Hosti argumentum concedit Epitrope vanum.

Tribuo Græcis literas, do multarum artium acumen, dicendi copiam; denique etiam siqua alia sibi sumant, non repugno: Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit. *Cic.*

'Ευφραίνε νεανίσκε ἐν νεότητί σε, ϗ ἀγαθυνάτω σε ἡ καρδία σε ἐν ἡμέραις νεότητός σε, ϗ περιπάτει ἐν ὁδοῖς καρδίας σε ἄμωμος, ϗ ἐν ὁράσει ὀφθαλμῶν σε· ϗ γνῶθι ὅτι ἐπὶ πᾶσι τέτοις ἄξει σε ὁ Θεὸς ἐν κρίσει. Eccleſ. 11.

Lætare ergo juvenis in adoleſcentiâ tuâ, & in bono ſit cor tuum in diebus juventutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & intuitu oculorum tuorum,& ſcito quod pro omnibus his adducet te Deus in judicium.

Antiſtrophe.

Βίαιον.

Metaſtaſis.

Hoſtili jugulat pugnans Antiſtrophe telo.

At enim amici fuêrunt noſtri; eo majora meruerunt ſupplicia. Nam qui ignotos lædit Latro appellatur, qui amicos paulò minus quam Parricida. *Petron.*

'Ουκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τ ἄρτον τῶν τέκνων ϗ βαλλεῖν τοῖς κυναρίοις· ἡ ℌ εἶπε, ναὶ Κύριε· ϗ γδ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τ τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν. Mat. 15.

Non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus. At illa dixit, etiam Domine, nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſâ Dominorum ſuorum.

Parrheſia.

Parrhesia.

Vix licitas effert audax Parrhesia voces.

Vide quam non reformidem, quantâ possum voce contendam, tantum abest ut tuæ sententiæ subscribam, ut in publico hoc concessu decedere non reformidem; ecce adeo non curo iram vestram.

Ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; εἰ γὰρ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην. Gal. 1.
An quæro hominibus placere? si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.

Ad Explicationem.

Parœmia.

Præmonet experto bene nota Parœmia dicto.

Æthiopem aut *Laterem* lavare.
Lupum auribus teneo. Ter.
Πρὸς κέντρα λακτίζειν. Act. Ap.
Adversus stimulum calcare. Ter.

Gnome. & Noëma. *Chreia.*

Omnes designat Gnome, huncce Noëma vel illum.

Obsequium amicos, veritas odium parit. Ter.

Chreia sive *Noëma* sententias applicat singu-

lo cuique quas univer-
sis dicit Gnome.

Ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν ἐ δύναται. Ep. Gr.
Gratia non mutare potest naturam.

Proecthesis.

Rem solvens dubiam præmissa Proëcthesis infert.

Tres Notus abreptas in *saxa latentia* torquet;
Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus *aras*. Virg.

Ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι ἢ ἀποκτεῖναι; Marc. 3. 4.
Licet Sabbatis benefacere an male facere? animam servare an perdere?

Merismus.

Epimerismus.

Explanat totum partes numerando Merismus.

Quæ *mare*, nunc *terrasque* metu *cœlumque* fatigat. *Virg.*

Πιστεύω εἰς Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν ὐρανῦ καὶ γῆς. Symb. Ap.
Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, *i. e.* totius mundi.

Ætiologia.

Ætiologia.

Dicæologia.

Propositum propriis probat Ætiologia causis.

Sperne voluptates; *nocet empta dolore voluptas.*
Intelligo quam difficili scopulosoque verser loco: *Nam cum omnis arrogantia sit molesta, tum illa ingenii atque eloquentiæ molestissima.* Cic.
Ῥύσατό με, ὅτι ἠθέλησέ με. Psal. 18.
Salvum me fecit, quoniam *voluit me, i. e.* dilexit.

Hypotyposis.

Diatyposis.

Icon.

Ipsam luminibus rem subjicit Hypotyposis.

Aspicis, ut teneat flammas, pœnaque fruatur
Fortis, & attonito regnat in igne manus. *Mart.*
Repentè enim te tanquam serpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus, intulisti. *Cic.*
Ἐσκότασεν ὑπὲρ ἀσβόλην τὸ εἶδος αὐτῶν, οὐκ ἐπιγνώσθησαν ἐν ταῖς ἐξόδοις· ἐπάγη δέρμα αὐτῶν ἐπὶ τὰ ὀστέα αὐτῶν, ἐξηράνθησαν, ἐγενήθησαν ὥσπερ ξύλον. Lam. Hier. 4.
Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum ossibus; aruit & facta est quasi lignum.

Paradigma.

Historiâ simili Paradigma illustrat, & urget.

Idem hocce *Pyrrhus* factitavit. *Ter. Eun.*
At quem *Deum! Qui* templa cœli summa sonitu concutit.
Ego homuncio hoc non facerem. *Id. ibid.*
Ουδὲ ἀνέγνωτε ὃ ἐποίησε Δαβίδ ;—— ὡς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔλαβε καὶ ἔφαγε, &c. Mat. 12.
Non legistis quid fecerit David—— quomodo intravit in Domum Dei, & panes propositionis sumpsit & comedit, *&c.*

Parabola { *Protasis.* *Apodosis.*

Comparat assimulans rem re Parabola duplex:
Proponit Protasis, respondet Apodosis illi.

Protasis. *Ut apes ex amarissimo Thymo mel suavissimum colligit:*
Apodosis. *Ita sapiens ex tristissimis rebus aliquid utilitatis excerpit.*
☞ Parabolæ Biblicæ & fabulæ Æsopicæ huc annumerentur, quare plura exempla apponere non libet.

Symbole.

Symbole.

Syncrisis.

Illustrans secum contraria Symbole confert.

Conferte hanc *pacem* cum illo *bello*; hujus Prætoris *adventum*, cum illius Imperatoris *victoriâ*: hujus *cohortem impuram*, cum illius *exercitu invicto*: hujus *libidines*, cum illius *continentiâ*: ab illo qui *cepit conditas*: ab hoc qui *constitutas accepit*, *captas* dicetis Syracusas. *Cic. Ver.*

Σὺ μὲν γὰρ παιδείας ἐπιθυμεῖς, ἐγὼ δὲ παιδεύειν ἄλλους ἐπιχειρῶ· καὶ σὺ μὲν ἀκμὴν φιλοσοφεῖς, ἐγὼ δὲ τοὺς φιλοσοφοῦντας ἐπανορθῶ. Isocr. ad Dæm.

Nam & tu erudiri cupis, & ego in aliis erudiendis elaboro: tu adhuc sapientiæ studes, ego sapientiæ studiosis viam commonstro.

Diaphora.

Anamæosis.

Explicat imparibus collata Diaphora rebus.

Dissimilis est *pecuniæ* debitio & *gratiæ*; nam qui pecuniam dissolvit, statim non habet id quod reddidit; qui autem debet, is retinet alienum: Gratiam autem, & qui refert habet, & qui habet, in eo ipso, quod habet refert. *Cic.*

Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός μου οὐ συνῆκεν. Isai. 1.

Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui; Israel autem me non cognovit, & populus meus non intellexit.

Paradiastole.

Disjungens negat hoc, hoc Paradiastole dicit.

Non formosus erat, *sed* erat facundus Ulysses. Οὐ·
Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι· ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι, &c. 2 Cor. 4.

In omnibus tribulationem patimur, sed non angustamur; in dubiis versamur, sed non destituimur.

Antitheton.

Antithesis.

Antitheton sibimet sensu contraria jungit.

Quisquis *ubique* habitat, Maxime, *nusquam* habitat.

Plus hujus *inopia* possit ad misericordiam, quam illius *opes* ad crudelitatem.

Ἀπόλαυε μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν ὡς θνητός· ἐπιμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἀθάνατος. Isocr. ad Dæm.

Bonis suis usus est ut mortalis, & rem familiarem curavit ut immortalis.

Antiphrasis.

Oppositas rebus voces Antiphrasis aptat.

Lucus quod minimè luceat. *Mons* quia non movetur.

Parca à non parcendo.

☞ *At hujusmodi nugæ ne pueris quidem recipiendæ.*

Synœceiosis.

Synœceiosis contraria cogit eodem.

Avaro tam quod *adest* deest quam quod *non adest*.

Ὅτι σκότ☉ ἐ σκοτισθήσεται ἀπό σε, ϗ νὺξ ὡς ἡμέρα φωτισθήσεται. Pf. 139.

Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur.

Oxymoron.

Oxymoron erit quasi contradictio vera.

Concordia discors. Ov.

Cum *ratione insanire.* Ter.

Ἡ ϳ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε. 1 Tim. 5.

Nam quæ in deliciis est, *vivens mortua* est.

Myćterismus.

Chleuaſmus.

Te Myćteriſmus naſo ſuſpendit adunco.

☞ Exemplum bene dari non poteſt, quippe quod geſtu potiùs, quam oratione conſtet hæc figura.

Antimetabole.

Antimetatheſis.

Enantioſis.

Inverſis vertit ſenſum Antimetabole verbis.

In *dominatu ſervitus*, in *ſervitute dominatus.*

Οὐ γὰρ ὃ θέλω ποιῶ ἀγαθὸν, ἀλλ᾽ ὃ οὐ θέλω κακὸν, τοῦτο πράσσω. Rom. 7.

Non enim quod volo bonum, hoc facio; ſed quod nolo malum, hoc ago.

Epiphonema.

Narratum claudit, vel Epiphonema probatum.

——Adeò in teneris conſueſcere multum eſt! *Virg.*

Tantæ molis erat Romanam condere gentem. *Id.*

Μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ᾽ αὐτῷ. Pſ. 2.

Beati omnes qui confidunt in eo.

Exegesis.
Epexegesis.
Ecphrasis.

Sermonum tenebras bene dissipat Exegesis.

Ph. Cœna dubia apponitur. *G.* Quid istuc verbi est?
Ph. Ubi tu dubites, quid sumas potissimum.
Ter. Phorm.

Ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως· ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν. Rom.

Dedit illis Deus spiritum compunctionis; oculos ut non videant; & aures ut non audiant.

Ad Exaggerationem.

Auxesis.
Epauxesis.

Verum magnificans Auxesis tollit & auget.

Ossa atque Pellis totus est.

—— πύργον, οὗ ἔσαι ἡ κεφαλὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ. Gen.
Turrim, cujus culmen pertingat ad cœlum.

Tapinosis.

Tapinosis.
Meiosis.
Hysteresis.

Vera Tapinosis tenuat minuitque premendo.

Caudex, stipes, asinus, plumbeus pro Hebete. *Ter.*
Ἄνθρωπος σαπρία, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου σκώληξ.
Homo *putredo*, & filius hominis *vermis*. Job 25.

Litotes.

Fortius affirmat Litotes adversa negando.

Nec munera curat, i. e. maximè spernit. *Virg.*
Καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. Ps. 51.
Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet; *i. e.* maximè accipiet.

Apophasis. Paralipsis.

Rem negat Apophasis, quam transgreditur Paralipsis.

Non ea dico, quæ si dicam, tamen infirmare non possis. *Cic.*

Sunt hæc & alia signa in te falsi accusatoris permulta, quibus ego non utor. *Cic.*

Ἵνα μὴ λέγω σοι, ὅτι καὶ σεαυτόν μοι προσοφείλεις. Philem.
Ut non dicam tibi, quod & teipsum mihi debes.

Anabasis.

Anabasis.

Anabasis summum scandens ascendit ab imo.

Facinus est vincire civem Romanum, *scelus verberare*, propè *parricidium necare*, quid dicam in *crucem tollere*? Cic.

Οὓς προέγνω, καὶ προώρισε —— Οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν· οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. Rom.

Quos præscivit, & prædestinavit; quos autem prædestinavit, hos & vocavit; & quos vocavit, hos & justificavit; & quos justificavit, hos & glorificavit.

Catabasis.

Catabasis summo remeans descendit ad imum.

Nulla *crux* ibi fuit, nulla *nex*, nulla *verberatio*, imò ne *custodia* quidem.

Ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ. Mat. 5.

Iöta unum aut unus apex non præteribit.

Paradoxon.

Insperati aliquid Paradoxon subjicit hærens.

Statuunt non furandum, & *furantur*.

Non vitiosus homo es, Zoïle, *sed vitium*. Mart.

Τὰς πολιὰς βάψασα Θεμιστονόη τειχόρων⊙

Γίγνεται ἐξαπίνης οὐ νέα, ἀλλὰ Ῥέα. Ep. Græc.

Annosa

Annoſa Themiſtonoë cum tinxit canos capillos,
Extemplo fit non juvenis, ſed *Rhea*; i. e. quaſi mater Deorum.

Periphraſis.

Periphraſis verbis rem pluribus explicat unam.

Cubito ſe emungit, pro Salſamentario.
Legum ac Civium libertatis oppreſſor, pro Tyranno.
Εἰδὼς ὅτι ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματός μου. 2 Pet. 1.
Certus quòd velox eſt *depoſitio tabernaculi mei*: *i. e.* mors mea.

Hirmus.

Syrmus.

Res ſimul accumulans diverſas congerit Hirmus.

Grammaticus, Rhetor, Geometres, Pictor, Aliptes, Augur, Schænobates, medicus, magus, omnia novit. *Juv.*
Ἀνθ' ὧν ὑψώθησαν αἱ θυγατέρες Σιών, καὶ ἐπορεύθησαν ὑψηλῷ τραχήλῳ, καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν, καὶ τῇ πορείᾳ τῶν ποδῶν ἅμα σύρουσαι τοὺς χιτῶνας, καὶ τοῖς ποσὶν ἅμα παίζουσι. Iſai. 3.
Pro eo quòd elevatæ ſunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum, ibant & plaudebant, & ambulabant, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant.

AD AFFECTUS CONCITANDOS.

Anthropopathia.

*Membra Pathosque Deo transfert Anthropo-
pathia.*

Οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ Κυρίου εἰς τὸν πένητα— Psalm.
Oculi Domini in pauperem respiciunt.

Ecphonesis.

Anaphonema.

Ecphonesis amat motus clamore ciere.

O Tempora, O mores! *Cic.*
O terra, O maria Neptuni! *Ter.*
Θεέ μου, Θεέ μου! Deus mî, Deus mî.
Ω μοι ἀναιδείην ἐπιειμένε. Hom. Il.
Proh! impudentiam indute.

Aporia.

Diaporesis.

*Quid dicat, quid agat, dubitat pendens A-
poria.*

Equidem, quod ad me attinet, quò me ver-
tam, nescio.
Quid igitur faciam? non eam? *Ter.*

Τὶ

Τὶ αἱρήσομαι ὐ γνωρίζω· συνέχομαι ἐκ τῶν δύο. Phil.
Quid eligam ignoro, coarctor autem è duobus.

Epanorthosis.

Verba Epanorthosis revocans addensque reformat.

Filium *habeo*, ah *quid dixi habere me*? imò *habui* Chreme; nunc *habeam* necne, incertum est. *Ter.*

Πιστεύεις βασιλεῦ Ἀγρίππα; οἶδα ὅτι πιστεύεις.
Credisne Rex Agrippa? scio te credere. *Act.Ap.*

Aposiopesis.

Parasiopesis.

Aposiopesis reticet, remque innuit omnem.

Quos ego: Sed —— *Virg.*
Quem quidem ego, si sensero. *Ter.*
Ego te, furcifer, si vivo. *Id.*
Καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα, καὶ σὺ Κύριε, ἕως πότε. Ps. 6.
Et anima mea turbata est valde: sed tu, Domine, Usquequo?

Dialogiſmus.

Sermocinatio.

Effictum inſtituit Sermonem Dialogiſmus.

Cum hoc modo accuſas, Eruci, nonne hoc palam dicis? ego quid aceeperim ſcio, quid dicam neſcio. *Cic.*

Καὶ εἶπεν Ἐφραῒμ, πλὴν πεπλούτηκα, εὕρηκα ἀναψυχὴν ἐμαυτῷ· πάντες οἱ πόνοι αὐτοῦ οὐχ εὑρεθήσονται αὐτῷ δι' ἀδικίας ἃς ἥμαρτεν. Oſe. 12.

Et dixit Ephraim, veruntamen dives effectus ſum, inveni Idolum mihi; omnes labores ejus non invenient illi iniquitatem quam peccavit.

Proſopopœia.

Largitur linguam Proſopopœia mutis.

Patria quæ tecum, Catilina, ſic agit, & quodammodo tacita loquitur: Nullum jam tot annos facinus exſtitit, niſi per te; nullum flagitium ſine te. *Cic.*

Καὶ εἶπον τὰ ξύλα τῇ συκῇ, Δεῦρο, βασίλευσον ἐφ' ἡμῶν. Judic. 9.

Et dixêrunt arbores olivæ, Impera nobis.

Erotesis.
Erotema.
Pusma.

Urget Erotesis, poterat quæ dicere quærens.

Patere tua consilia non sentis? Constrictam jam omnium horum conscientiâ teneri conjurationem tuam non vides? Quid proximâ, quid, &c. *Cic. Cat.*

Μὴ ὁ Κύριος ἀδικήσει κρίνων; ἢ ὁ πάντα ποιήσας ταράξει τὸ δίκαιον. Job 8.

Nunquid Deus supplantat judicium? aut omnipotens subvertit quod justum est.

Apostrophe.

Sermonem hinc illic convertit Apostrophe currens.

——Auro Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames? *Virg.*

——A quo tandem, Marce Cato, est æquius consulem defendi, quàm à Consule? &c. *Cic.*

——Ἄκουε οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. Isai. 1.

Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est.

Pæanismus.

Pæanismus.

Pæanismus amat lætari, & gaudia quærit.

Vivamus mea Lesbia, atque amemus. *Catull.*
Ἀνάστα, ἐλθὲ ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου. Cant. 2.
Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.

Sarcasmus.

Hostibus insultat dictis Sarcasmus amaris.

——Satia te sanguine, Cyre.
Hesperiam metire jacens.—— *Virg.*
Χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων.
Ave rex Judæorum.

Diasyrmus.

Hostili mordens Diasyrmus scommate lædit.

Larga quidem semper, Drance, tibi copia fandi
Tunc, cum bella manus poscunt. *Virg.*

Charientismus.

Dat Charientismus minitanti mollia verba.

Bona verba quæso. *Ter.*—
Dii meliora piis. *Virg.*

Asteismus.

Urbano meritos sale defricat Asteïsmus.

Qui *Bavium* non odit, amet tua Carmina *Mævi.* Virg.

Ne *musca* quidem.

Pallas armatam Venerem ad certamen formæ provocat, Venus sic respondet.

Ἐι γυμνὴ νικῶ, πῶς ὅταν ὅπλα λάβω; Ep. Gr.

Si nuda vincam, quid faciam cùm arma sumam?

Euphemismus.

Chroma.

Turpem Euphemismus rem nomine velat honesto.

——Ne blando nequeat superesse labori. *Virg.*

Me dico ire quo Saturi solent. *Plaut. Curc.*

Fortitudo pro malarum rerum audaciâ.

Ἄνθρωπος πρὸς πάντα οἰκεῖα σαρκὸς αὐτοῦ οὐ προσελεύσεται, ἀποκαλύψαι ἀσχημοσύνην.

Levit. 18.

Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet ut revelet pudorem ejus.

Mimesis.

Mimesis.

Mimesis ridens imitatur verba loquentis.

Postremò tanquam in speculum, in patinas, Demea, inspicere jubeo, & moneo quid facto usus sit. *Ter. Ad.* 3. 3.

Τί μοι τὸ ὄφελος, εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνέσκομεν. 1 Cor. 15.

Quid mihi prodest si mortui non resurgunt? manducemus & bibamus; cras enim moriemur.

Ara. Apeuche. Misos. / Deësis.

Devovet Ara, preces effundit blanda Deësis.

Dii isti Segulio male faciant. *Cic.*

Dii illum Deæque senium perdant, meque adeó. —— *Ter.*

Εἴη σοι κατὰ γῆς κούφη κόνις, οἰκτρὲ Νέαρχε,
Ὄφρα σε ῥηϊδίως ἐξερύσωσι κύνες. Ep. Græc.

Sit miserande, levis tibi terra, Nearche sepulto;
Quò citiùs nudent unguibus ossa canes.

Quod ego per hanc te dextram oro. *Ter.*

Per spes nunc socias. *Ov.*

Ζεῦ πάτερ, εἴ ποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα,
Ἢ ἔπει, ἢ ἔργῳ, τὸ δὲ μοι κρήηνον ἐέλδωρ. Hom. Il.

Summe Pater, te si Cœlestes inter, amico
Aut dicto juvi aut facto; hoc mihi perfice votum.

Thaumaſmus.

Miratur Thaumaſmus,

O rem facetam, & riſu dignam Catoniano! O clementiam admirabilem! *Cic.*

Ὦ πόποι ἦ μέγα πένθος. Hom. Il.

Proh Dii certè magnus luctus, *&c.*

Euche.

& optat mobilis Euche.

O utinam poſſem populos reparare paternis Artibus.——— *Ovid.*

Ἑξηκοντούτης Διονύσιος ἐνθάδε κεῖμαι Ταρσεύς· μὴ γήμας, αἴθε δὲ μηδ' ὁ πατήρ.

Poſt bis tricenos jaceo hic Dionyſius annos,
Cœlebs, O vellet ſic pater antè mori.

Ad Dispositionem.

Metabaſis.

Hinc amat ornatè tranſire Metabaſis illic.

Sed expoſitis Adoleſcentium officiis, quæ valeant ad gloriam adipiſcendam; deinceps de beneficentiâ ac liberalitate dicendum eſt. *Cic.*

Καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι. 1 Cor. 12.

Et adhuc excellentiorem viam demonſtro vobis. *ac ſi dixiſſet,* Dona iſta, quæ ſuprà memoravi, magna ſunt, & æmulatione digna; jam vero melius

melius donum (charitatis sc.) vobis exponere pergo.

Apodioxis.

Quæ dici poterant, ea rejicit Apodioxis.

Sed de Lucullo alio loco dicam. *Cic.*

Sed nunc quidem valetudini tribuamus aliquid, cras autem, & quot dies erimus in Tusculano, agamus hæc & ea, *&c.* *Cic.*

Καὶ τί ἔτι λέγω; ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος, περὶ Γεδεὼν, Βαράκ τε, &c. *Heb.* 11.

Et quid adhuc dicam? deficiet enim me perenarrantem tempus de Gideon & Barac, *&c.*

Parecbasis.

Diexodos.

Ecbole.

Digrediens jucunda scopo Parecbasis errat.

Atque adeò antequam de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur esse, de Provinciæ dignitate, vetustate, utilitate dicenda. *Cic. Verr.*

Ἔστη σκῆπτρον ἔχων· τὸ μὲν Ἥφαιστος κάμε τεύχων·

Ἥφαιστος μὲν δῶκε Διὶ Κρονίωνι — & quæ sequuntur. *Hom. Iliad.* B. *v.* 101. usque ad *v.* 111.

Anachoresis.

Vult Anachoresis, repetens modo dicta, reverti.

Sed ut eò revertatur unde hæc declinavit oratio: Illuc, unde abii redeo. *Hor.*

Epanaclesis.

Principio revocat sermones Epanaclesis.

Sed nimis hâc de re multa, quare in gyrum contraham orationem.

INDEX

Figurarum Etymologicus.

A.

A *Catalexis* (seu potiùs Catalexis) ἀκατάληξις, ab α priv. κατὰ & λήγω desino: juxta Busb. est quâ syllaba vel pes finalis desideratur. *Pag.* 15

Ænigma αἴνιγμα ab αἰνίττομαι obscurè loquor, rem involucris tego, quod facit hæc figura. *p.* 22

Ætiologia αἰτιολογία ab αἰτία causa & λέγω dico: quòd dicti factive causam: *i. e.* rationem reddat. *p.* 39

Allegoria ἀλληγορία, quòd ab ἄλλο aliud & ἀγορεύω pro ἀγορεύω dico; videtur enim aliud dicere quam quod dicit *p.* 22

Anabasis ἀνάβασις ab ἀναβαίνω ascendo. quoniam à minore & inferiore ad majus & superius ascendit. *p.* 47

Anachoresis ἀναχώρησις, ab ἀναχωρέω revertor, regredior. regressionem enim significat post digressionem. *p.* 58

Anacœnosis ἀνακοίνωσις, ab ἀνακοινόω consulo aliquem: quòd per hanc figuram de re aliquâ consilium ab adversario petimus. *p*.35

Anacoluthon ἀνακόλουθον, ab ἀνακόλουθος inconsequens, inconsentaneus. ab ἀνὰ & ἀκολουθέω sequor. cùm verba sese naturali ordine non sequantur. *p*. 8

Anadiplosis ἀναδίπλωσις, ab ἀνὰ & διπλόω duplico quòd sit vocis ejusdem reduplicatio in fine prioris versiculi vel sententiæ, & principio proximi *p*. 25

Anaphonema ἀναφώνημα, ab ἀναφωνέω exclamo. quod à φωνὴ vox. edit enim vocem cum clamore pathos quoddam exprimente. 49

Anaphora ἀναφορά, ab ἀνὰ re vel rursus & φέρω fero. quòd eundem sonum in diversarum sententiarum principiis referat. *p*. 26

Anastrophe ἀναστροφὴ ab ἀναστρέφω inverto, quòd vocum ordinem debitum invertat *p*. 7

Anomœosis ἀνομοίωσις ab ἀνομοιόω dissimile reddo, est enim illustratio ex comparatione dissimilis. *p*. 41

Antanaclasis ἀντανάκλασις, ab ἀντὶ retro & ἀνακλάω reflecto. quòd eandem sono, licèt non sensu, vocem repetendo quasi reflectat. *p*. 29

Anthropopathia ἀνθρωποπάθεια ab ἄνθρωπος homo & πάθος. Deo enim attribuit humanas passiones *p*. 49

Anthypophora ἀνθυποφορά, ab ἀνθυποφέρω replico. quòd respondeat Propositis à nobis ipsis ex parte adversarii. *p*. 33

Antimetabole ἀντιμεταβολὴ, ex ἀντὶ contra & μεταβάλλω inverto: quòd significationem mutet inversione verborum. p. 44

Antimetathesis ἀντιμετάθεσις, ab ἀντὶ & μετατίθημι transpono. Eadem est cum præcedente. p. 44

Antiphrasis ἀντίφρασις, ab ἀντιφράζω per contrarium loquor. p. 43

Antipodia, ab ἀντὶ & πȣ̃ς pes, quòd mensuras pedum innovat. p. 15

Antiptosis ἀντίπτωσις, ab ἀντὶ pro & πτῶσις casus. casum enim pro casu ponit. p. 6

Antistasis ἀντιστάσις, ab ἀνθίστημι resisto. Hæc figura eandem vocem diverso sensu reponit. p. 29

Antistoichon ἀντίστοιχον, ab ἀντὶ & στοιχεῖον litera. aliam enim pro aliâ literam ponit. p. 2

Antistrophe ἀντιστροφὴ ab ἀντὶ in vel contra, & στρέφω verto. quòd adversarii argumentum in ipsum torqueat. p. 36

Antithesis ἀντίθεσις / *Antitheton* ἀντίθετον ab ἀντὶ & τίθημι pono, quòd componat res contrarias. p. 42

Antonomasia ἀντονομασία, ab ἀντὶ & ὀνομάζω nomino, aliud enim nomen pro alio ponit. p. 24

Apeuche ἀπευχὴ ab ἀπὸ & εὐχὴ votum. devovet enim & execratur. p. 55

Aphæresis ἀφαίρεσις, ab ἀπὸ & αἱρέω tollo. quòd literas ab initio vocum tollat. p. 1

Apocope ἀποκοπὴ ab ἀπὸ & κόπτω scindo. quòd literam in fine abscindat. p. 2

Apodioxis ἀποδίωξις ab ἀποδιώκω expello. aliquid enim rejicere & expellere videtur ex oratione. *p.* 57

Apodosis ἀπόδοσις, ab ἀποδίδωμι reddo. responsum enim reddit Protasi. *p.* 40

Apophasis ἀπόφασις ab ἀπόφημι nego, quia negat se quid facere vel dicere. *p.* 46

Aporia ἀπορία ab α priv. & πόρ@ via. dubitat enim quam potissimum viam insistat. *p.* 49

Aposiopesis ἀποσιώπησις ab ἀποσιωπάω reticeo. quod quædam quæ dicenda erant reticeantur. *p.* 50

Apostrophe ἀποστροφὴ ab ἀποστρέφω averto. quod sit sermonis ab uno in alium quasi aversio. *p.* 52

Ara ἀρά ab ארר maledixit. Hæc enim figura imprecatur & maledicit. *p.* 55

Archaïsmus ἀρχαϊσμὸς ab ἀρχαΐζω antiquos imitor. quod sit vetus loquendi formula. *p.* 4

Asteismus ἀστεισμὸς ab ἀστεΐζομαι urbanitate sermonis utor. salsè enim jocatur. *p.* 54

Asyndeton ἀσύνδετον ab α priv. & σύνδετον colligatum. quod tollat conjunctiones copulativas. *p.* 10

Auxesis αὔξησις ab inus. αὐξέω augeo. quod significationem intendat & augeat. *p.* 45

B.

Βίαιον violentum à βία vis. violenter enim adversarii argumentum in ipsum torquet. *p.* 32

Brachy-

Brachycatalexis βραχυκατάληξις ex βραχὺς brevis & καταλήγω desino. est ubi fini carminis deest syllaba vel pes. *pag.* 15

C.

Cæsura, ita dict. quòd brevem in fine producit. *p.* 14

Catabasis κατάβασις à καταβαίνω descendo: à majoribus enim ad minora gradatim descendit. *p.* 47

Catachresis κατάχρησις à καταχράομαι abutor. quoniam usurpat voces contra usum vulgarem. *p.* 21

Charientismus χαριεντισμὸς à χαριεντίζομαι lepidè jocor. Quod minantem lepide-jocosis verbis & mollibus lenire conatur. *p.* 53

Chleuasmus χλευασμὸς illusio, à χλευάζω irrideo, quod à χλεύη risus. risum enim excitat ridiculâ gesticulatione. *p.* 44

Chria χρεία à χρέομαι utor. quòd utile observatum applicat. *p.* 37

Chroma χρῶμα color, à χρόα idem. nigra enim in candida vertit. *p.* 54

Climax κλίμαξ scala. quam gradibus suis repræsentat. *p.* 25

Compar ex con & par, quòd plura commata pari penè numero syllabarum efferat. *p.* 31

Crasis κρᾶσις à κεράννυμι misceo. quòd literæ contractæ per Crasin sunt quasi mistæ. *p.* 4

D.

D.

Deësis δέησις à δέομαι precor. blanditur enim & precibus quæ vult consequitur. p. 55

Diachorismus διαχωρισμὸς à διαχωρίζω divido. quod à χωρὶς seorsim: quòd syllabæ literas disjungat. p. 14

Diacope διακοπὴ, à διακόπτω disseco. eadem cum superiore p. 14

Diæresis διαίρεσις à διαιρέω divido. eadem cum superioribus. p. 14

Dialogismus διαλογισμὸς à διαλογίζομαι ratiocinor. quod Dialogos recitet vel fingat. p. 51

Dialysis διάλυσις, à διαλύω dissolvo. eadem cum *Diæresi*. Est etiam figura quæ divisæ vocis partem postremam in proximi versiculi initium referat. p. 14, 16

Dialyton διάλυτον à διαλύω dissolvo. quòd conjunctiones tollendo orationem ejusque partes quasi dissolvat. p. 9

Diaphora διαφορὰ differentia, à διὰ & φέρω. differentiam enim duarum rerum ipsas conferendo exponit. p. 41

Diaporesis διαπόρησις à διαπορέω dubito. quod quid dicendum sit dubitet. p. 49

Diastole διαστολὴ à διαστέλλω extendo. quòd brevem syllabam producat. p. 13

Diasyrmus διασυρμὸς à διασύρω convicior. quòd probris & convitiis laceret. p. 53

Diatyposis διατύπωσις à διατυπόω rem formâ suâ describo. quòd res ad vivum exprimat. p. 39

Dicæologia

Dicæologia δικαιολογία à δίκαιος justus, & λόγος ratio. quia causam subjectâ ratione defendit. *p.* 39

Diexodos διέξοδος, à διὰ & ἔξοδος via quâ exitur. de industriâ enim errat à viâ. *p.* 57

E.

Ecbole ἐκβολὴ ab ἐκβάλλω ejicio. quòd se quasi ejiciat de viâ rectâ *p.* 57

Ecphonesis ἐκφώνησις ab ἐκφωνέω altam vocem edo. quòd cum vociferatione exclamet. *p.* 49

Ecphrasis ἔκφρασις descriptio ab ἐκφράζω enarro. dilucidâ enim descriptione rem obscuram enarrat & illustrat. *p.* 45

Ectasis ἔκτασις ab ἐκτείνω extendo. quòd syllabas breves extendat. *p.* 13

Ecthlipsis ἔκθλιψις ab ἐκθλίβω elido. quòd *m* cum vocali suâ ante vocalem perimat. *p.* 12

Ellipsis ἔλλειψις ab ἐλλείπω deficio. quòd in oratione vocum defectum signet. *p.* 8

Enallage ἐναλλαγὴ ab ἐναλλάττω permuto. mutat enim verborum ordinem *p.* 11

Enantiosis ἐναντίωσις ab ἐναντίος adversus. quòd per contraria loquatur. *p.* 44

Epanaclesis ἐπανάκλησις ab ἐπὶ ad, ἀνὰ re, & καλέω voco. revocat enim id quod ante dictum est. *p.* 58

Epanadiplosis ἐπαναδίπλωσις ab ἐπὶ & ἀναδίπλωσις reduplicatio. quòd reduplicet vocem in fine prioris & principio sequentis versiculi. *p.* 25

Epanalepsis

Epanalepſis ἐπανάληψις ab ἐπὶ poſt & ἀνάληψις reſumptio. quòd voces in initio poſitas in fine reſumat. p. 27

Epanaphora ἐπαναφορὰ ab ἐπαναφέρω refero. quòd vocem in initio duorum commatum repetat. p. 24

Epanodos ἐπάνοδος ab ἐπὶ & ἀνὰ rurſus & ὁδὸς via. quòd ſit repetitio vocum in diverſis membris. p. 27

Epanorthoſis ἐπανόρθωσις ab ἐπανορθόω corrigo. quòd quæ dicta non placent corrigat. p. 50

Epauxeſis ἐπαύξησις ab ἐπαυξάνω —ήσω adaugeo. ſignificationem enim auget & amplificat. p. 45

Epentheſis ἐπένθεσις ab ἐπὶ ἐν & τίθημι pono. quod literam medio dictionis ponat. p. 1

Epexergaſia ἐπεξεργασία ab ἐπεξεργάζομαι elaboro. plures ſententias eodem ſenſu effert. p. 30

Epichoreſis ἐπιχώρησις ab ἐπὶ & χωρέω locum do. concedit enim adverſario quæ vana ſunt & non utilia. p. 35

Epimeriſmus ἐπιμερισμὸς ab ἐπὶ & μερισμὸς diſtributio: totum enim in partes deſtribuendo explicat. p. 38

Epimone ἐπιμονὴ ab ἐπιμένω permaneo. quod idem pluribus locis permaneat. p. 29

Epiphonema ἐπιφώνημα ab ἐπιφωνέω acclamo. claudit enim periodum, ſententiâ brevi ſed vividâ acclamans. p. 44

Epiphora ἐπιφορὰ ab ἐπὶ & φέρω fero. quòd plures ſententias eodem fine terminet. p. 26

Epistrophe ἐπιστροφὴ ab ἐπὶ post & στρέφω verto. quâ sententiæ ad eundem finem feruntur: *i. e.* similiter desinunt. *p.* 26

Epitrope ἐπιτροπὴ ab ἐπιτρέπω permitto. quòd quæ nobis non obsunt alteri permittat. *p.* 35

Epizeuxis ἐπίζευξις ab ἐπὶ ad & ζεύγνυμι jungo. quòd eandem vocem statim repetendo sibi adjungat. *p.* 24

Erotema ⎫ ἐρώτημα ⎫ ab ἐρωτάω interrogo. quòd,
Erotesis ⎭ ἐρώτησις ⎭ quæ sine quæstione dici possunt, interrogativè effert. *p.* 52

Euche εὐχὴ ab εὔχομαι precor. quod id exprimat quod optamus. *p.* 56

Evocatio ab *evoco.* quod personæ ab eâ evocentur. *p.* 5

Euphemismus εὐφημισμὸς ab εὐφημίζω bona verba dico. quòd res non bonas bonis verbis dicat. *p.* 54

Exegesis ἐξήγησις ab ἐξηγοῦμαι explico. quæ enim obscurè dicta sunt explicat. *p.* 45

Exergasia ἐξεργασία ab ἐξεργάζομαι effectum reddo absolvo. quòd rem, de quâ verba facimus, perfectam & absolutam reddat. 30

G.

Gnome γνώμη à γνόω nosco. quod notu dignas proferat sententias. *p.* 37

H.

Hebraïsmus ἑβραϊσμὸς ab ἑβραΐζω more Hebræo loquor. quod facit hæc figura. *p.* 4

Hellenismus

Hellenismus ἑλληνισμὸς ab ἑλληνίζω Græco more loquor. exprimit enim Græcam Phrasim. p. 4

Hendiadys ἓν διὰ δυοῖν ab ἓν unum, διὰ per, & δύω duo. quod rem unam per duo verba exprimat. p. 8

Hirmus εἱρμὸς ab εἴρω vel εἵρω necto. quòd sit rerum plurium in unam congeriem nexus. p. 48.

Homoioptoton ὁμοιόπτωτον ab ὅμοιος similis & πτόω (unde πτῶσις) cado. plures enim dictiones in eodem casu ponit. p. 32

Homoioteleuton ὁμοιοτέλευτον ab ὅμοιος similis & τελευτὴ finis. quòd similem finem vocibus imponat. p. 32

Hypallage ὑπαλλαγὴ ab ὑπὸ sub & ἀλλάττω muto. submutat, *i. e.* ponit casum pro casu. p. 6

Hyperbaton ὑπέρβατον ab ὑπερβαίνω transgredior. ordinem enim transgreditur. p. 8

Hyperbole ὑπερβολὴ ab ὑπερβάλλω exsupero. quod vocis significationem exsuperare faciat. p. 22

Hypercatalexis ὑπερκατάληξις ab ὑπὲρ, κατὰ, & λήγω desino. Est ubi carmen pede vel syllabâ abundat. p. 16

Hypermetron ὑπέρμετρον ab ὑπὲρ & μέτρον mensura. Est ubi carmen excedit justam mensuram. p. 6

Hyphen ὑφὲν ab ὑπὸ & ἓν unum. quòd duas voces quasi in unam contrahat. p. 15

Hypobole ὑποβολὴ ab ὑποβάλλω subjicio, suggero. argumenta enim adversarii prius suggerit, & refutationi subjicit. p. 32

Hypodiastole

Hypodiastole ὑποδιαστολὴ subdistinctio. ab ὑπὸ & διαστέλλω diduco. subdistinguit vocem commate diducens vel separans ejus syllabas. p. 15

Hypophora ὑποφορὰ ab ὑποφέρω objicio. quòd objectionem adversarii proponat. p. 33

Hypotyposis ὑποτύπωσις ab ὑπὸ & τυπόω lineo. quòd rem clarè delineet, & quasi oculis spectandam subjiciat. p. 39

Hypozeuxis ὑπόζευξις ab ὑπὸ & ζεύγνυμι jungo. quòd singula verba singulis nominibus subjungat. p. 32

Hysteresis ὑστέρησις ab ὑστερέω inferior sum. quòd verba ponat rebus ipsis leviora & inferiora. p. 46

Hysteron-proteron ὕστερον-πρότερον ab ὕστερος posterior & πρότερος prior. posteriora enim in priore loco ponit. p. 8

Hysterologia ὑστερολογία ab ὕστερος & λόγος verbum. postponit enim quod præcedere oportuit. p. 8

I.

Icon εἰκὼν imago ab εἴκω similis sum. quòd ad rem explicandam similitudinem ejus exprimat. p. 39

Ironia εἰρωνεία ab εἰρωνεύομαι dissimulatione utor in loquendo. quòd quemadmodum qui dissimulat, non apertè proferat quæ sentiat. p. 21

Isocolon ἰσόκωλον ab ἴσος æqualis, & κῶλον membrum. duo enim membra pari syllabarum numero metitur. p. 31

L.

Litotes λιτότης à λιτὸς tenuis. quòd quæ vehementer volumus, tenui oratione utentes, minus nos velle innuimus, sed reverâ majus petimus. p. 46

M.

Meiosis μείωσις à μειόω minuo. rem enim minorem quàm revera est facit. p. 46

Merismus μερισμὸς à μερίζω in partes distribuo. quòd totam rem partibus suis enarret. p 38

Mesarchia μεσαρχία à μέσος medius & ἀρχὴ principium. quòd principio medium respondeat. p. 28

Mesodiplosis μεσοδίπλωσις à μέσος medius & διπλόω duplico. geminat vocem in medio duarum sententiarum. p. 25

Mesophonia μεσοφωνία à μέσος & φωνέω vocem edo. quòd vox eadem in medio duorum commatum ponatur. p. 28

Mesoteleuton μεσοτέλευτον à μέσος & τελευτὴ finis. quod medium fini respondeat. p. 28

Metabasis μετάβασις à μεταβαίνω transeo. quod transeat ab unâ parte orationis ad aliam. p. 56

Metagoge μεταγωγὴ à μετάγω circum ago. est ubi vox eadem variis casibus ponitur. p 22

Metalepsis μετάληψις à μετὰ post & λαμβάνω capio. quod unum Tropum statim post alterum capias. p. 21

Metaphora μεταφορὰ à μεταφέρω transfero. quòd dictionem transferat à propriâ significatione ad similem impropriam. *p.* 17

Metaplasmus μεταπλασμὸς à μεταπλάσσω transformo. quod finem casuum transformet. *p.* 3

Metastasis μετάστασις à μεθίστημι amoveo. quòd amoveat culpam in illum qui prius accusavit. *p.* 32

Metathesis μετάθεσις à μετατίθημι transpono. quòd literas transponat. *p.* 3

Metonymia μετωνυμία à μετὰ & ὄνομα nomen. quòd sit nominis commutatio. *p.* 17

Mimesis μίμησις à μιμέομαι imitor. quòd nostro sermone alterius verba derisoriè imitetur. *p.* 55

Misos μῖσος odium. exprimit odium execrando. *p.* 55

Mycterismus μυκτηρισμὸς à μυκτηρίζω nares attraho. adunco enim naso suspendit, *i. e.* irridet cum gesticulatione. *p.* 44

N.

Noëma νόημα à νοέω in animo verso. quòd inferat dictum animo versandum. *p.* 37

O

Onomatopœia ὀνοματοποιΐα ab ὄνομα nomen & ποιέω facio. quòd fingat nomina. *p.* 4

Oxymoron ὀξύμωρον ab ὀξὺ acutum & μωρὸν fatuum. quòd acutè dictum fit, fatuè tamen dici videtur; est enim quasi contradictio. *p.* 43

P.

Paeanismus παιανισμὸς à παιανίζω pæanem cano. ad lætitiam & gaudia excitat. p. 53

Parabola παραβολὴ à παραβάλλω confero. quòd res inter se comparet. p. 40

Paradiastole παραδιαστολὴ à παραδιαστέλλω separo. res disparatas disjungit. p. 42

Paradigma παράδειγμα à παρὰ juxta & δείκνυμι ostendo. quòd per exemplum aliquid ostendat & illustret. p. 40

Paradoxon παράδοξον à παρὰ præter & δόξα opinio. quod inopinatum aliquid inducat. p. 47

Paragoge παραγωγὴ à παράγω produco, producit enim finem vocum additione literæ. p. 2

Paralipsis παράλειψις à παραλείπω prætermitto. quòd per hanc figuram, prætermittere nos aliquid dicimus. p. 46

Parallage παραλλαγὴ à παραλλάττω transmuto. quòd voces præponendas postponendo transmutet. p. 6

Parathesis παράθεσις Appositio, quam vide p. 5

Parecbasis παρέκβασις à παρεκβαίνω digredior. quòd occasione datâ ab unâ ad aliam materiam digrediatur. p. 57

Parechesis παρήχησις à παρὰ juxta & ἠχέω sono. quòd cum allusione diversas syllabas idem sonare faciat. p. 31

Paregmenon [illegible] à παράγομαι deducor. quòd sit [illegible] vocum ab eodem themate deductio. p. 31

Parelcon παρέλκον à παρέλκω protraho. quòd dictiones adjectione particularum producat. 11

Paræmia

Parœmia παροιμία proverbium ex παρὰ apud & οἴμη vel οἶμος via, semita. p. 37

Paromœon παρόμοιον à παρὰ & ὅμοιος similis. quòd assimiles voces juxta ponat. p. 31

Paromologia παρομολογία à παρὰ simul & ὁμολογέω confiteor. quòd objectiones agnoscat quæ adversario obsint. p. 34

Paronomasia παρονομασία à παρονομάζω agnomino. est ubi voces sensu dissimiles, sono similes sunt. p. 31

Parrhesia παῤῥησία à πᾶς omnis & ῥῆσις licentia. quòd audacter loquatur. p. 37

Periphrasis περίφρασις à περὶ circum & φράζω loquor. est enim circumlocutio, *i. e.* unius rei per plura verba explicatio. p. 48

Pleonasmus πλεονασμὸς à πλεονάζω abundo. verbis enim superfluis sermonem auget. p. 8

Ploce πλοκὴ à πλέκω necto. quòd in unâ voce duarum significationes nectantur. p. 30

Polyptoton πολύπτωτον à πολὺς multus & πτῶσις casus. eandem enim vocem variis casibus repetit. p. 25

Polysyndeton πολυσύνδετον à πολὺς multus & σύνδετον copulatum. quòd multis utatur copulis. p. 9

Procatalepsis προκατάληψις eadem cum *Prolepsi*. 33

Proëcthesis προέκθεσις à προεκτίθημι priore loco expono. quòd præmittat expositionem rerum dubiarum. p. 38

Prolepsis πρόληψις à προλαμβάνω anticipo. quòd quæ Adversarius argumenta afferre possit ante redarguit. Idem Fig. Gramm. p. 9,33

Prosapodosis προσαπόδοσις à προσαποδίδωμι reddo. eadem cum Anthypophorâ. p. 33

Prosopopœia

Prosopopœia προσωποποιΐα à πρόσωπον persona & ποιέω facio. quòd personam inducat vel fingat; *i. e.* vel absentes vel inanimata loqui faciat. *p.* 51

Prothesis πρόθεσις à προτίθημι præpono. præponit enim literas vel syllabas in principio vocum. *p.* 1

Protasis πρότασις à προτείνω disputandum propono. quòd simile quid proponat. *p.* 40

Pusma πύσμα à πυνθάνομαι rogo. quòd sit cumulus interrogationum. *p.* 52

S.

Sarcasmus σαρκασμὸς à σαρκάζω vel σαρκίζω irrideo. amarulentos in hostem jocos cum irrisione jacit. *p.* 53

Sermocinatio à *sermone.* Instituit enim dialogum vel verum vel fictum. *p.* 51

Syllepsis σύλληψις à συλλαμβάνω concipio. est enim conceptio personarum, generum & numerorum. *p.* 10

Symbole συμβολὴ à συμβάλλω confero. quòd res, facta, personas, quæ contrarietatem habent, inter se conferat. *p.* 41

Symbouleusis συμβούλευσις à συμβουλεύω simul consulto. ex adversario consilium capit. *p.* 35

Symphonesis συμφώνησις à συμφωνέω ex diversis vocibus unum efficio concentum. Eadem est Figura cum *Synæresi.* *p.* 13

Symploce συμπλοκὴ à συμπλέκω complico. quòd duas Figuras (Epistrophen sc. & Anaphoram) complicet, *i. e.* jungat. *p.* 27

Synæresis συναίρεσις à συναιρέω in unum contraho. duas syllabas ut unam profert. p. 3, 13

Synalœpha συναλοιφὴ à συναλείφειν conglutinare. quòd duas syllabas vocum diversarum coalescere faciat. p. 12

Syncope συγκοπὴ à συγκόπτω conscindo. quòd literam vel syllabam è medio dictionis abscindat. p. 2

Synchoresis συγχώρησις à συγχωρέω cedo. concedit enim adversario quæ sibi non obsunt. p. 34

Synchysis σύγχυσις à συγχέω confundo. confundit & invertit debitum verborum ordinem. p. 7

Syncrisis σύγκρισις à συγκρίνω comparo. quòd fit rerum contrariarum comparatio. p. 40

Synecdoche συνεκδοχὴ à συνεκδέχομαι comprehendo. quòd vel partem toto vel totum parte comprehendat. Est etiam Fig. Gramm. p. 11, 20

Synecphonesis συνεκφώνησις à σὺν, ἐκ, & φωνέω vocem edo. eadem est cum *Synæresi*. p. 13

Synizesis συνίζησις à σὺν simul & ἵζω sedere facio. eadem cum præcedente. p. 13

Synœciosis συνοικείωσις à συνοικειόω concilio. quòd duo contraria conciliet. p. 43

Synonymia συνωνυμία à σὺν simul & ὄνομα nomen. quòd plura rerum nomina idem significantia convenire innuat. p. 30

Synthesis σύνθεσις à συντίθημι compono. componit enim, i. e. jungit voces non concordantes. p. 5

Syrmus συρμὸς à σύρω traho. quòd voces congregando attrahat. p. 48

Systole

Systole συστολὴ à σὺν & στέλλω mitto. Hæc Figura syllabas longas corripit. *p.* 13

T.

Tapinosis ταπείνωσις à ταπεινόω humilio. minuit enim rem, & minorem quam revera est reddit. *p.* 46

Tautotes ταυτότης. ab οὗτος hic, in plur. ταῦτα, hæc, vel à τ'αὐτὸ eadem. eandem vocem incertis locis repetit. *p.* 29

Thaumasmus θαυμασμὸς à θαυμάζω admiror. admirationem scilicet exprimit. *p.* 56

Thlipsis θλίψις à θλίβω premo. opprimit vel supprimit literam inter contrahendum. *p.* 3

Tmesis τμῆσις à τμήγω seco. vocem enim compositam in duas partes scindit, & unam vel plures dictiones interponit. 14

Z.

Zeugma ζεῦγμα à ζεύγνυμι jungo. Cujus tres sunt species.

Protozeugma à πρῶτος primus, } & ζεῦγμα.
Mesozeugma à μέσος medius, }
Hypozeugma ab ὑπὸ sub, }

Quæ tria tantum verbi vel adjectivi variam dispositionem connotant. *p.* 10

MVSEVM BRITANNICVM

Ossley
I S.
Robert Offley